

caris non obuiam ire flagitijs, & improborū
hominum ferociam legibus contundere; ve-
rum pleraque fama circumferetur vel rapa-
citis studio, vel inata sc̄uitia te c̄dibus in
bonos ciues grassari; nec temperaturū ab hu-
iusmodi feritate, quoad vel vnus superfit, cu-
ius virtus formidolosa videatur. Quain spe
viuet populus singulis momentis expectans
ad supplicia rapi? applaudēt alacres tibi cruē-
to sanguine popularium ac truculentissimæ
Tygridis in morem fauientis? quinimmo clā-
destinis imprecationibus deuouebunt, & ex
singulorum formidine commune odium in
Tyrannū procreabitur. CÆSAR. Oderint
dum metuant: quę vis enim extimescēda est,
quum assistant delectarum cohortium præsi-
dia, fortissimisque stipatoribus latera circums-
dentur? SyL. Falsus es Cæsar, ac toto (vti fe-
runt) aberras cęlo: siquidem ad tuendum &
conseruandum regni statum nihil esse tam
firmum, tam stabile, sæpe compertum fuit,
neque classes, neque exercitus, neque bellis-
cas machinas, neque cum ingentibus thesau-
ris arces munitissimas, quam est subditorum
fauor atque beneuolentia: quę tamen cū plu-
rimis beneficijs, tum vero iustis imperijs, &
imprimis obsequio atque facilitate demeren-